

EXERCITATIONES

REINHARDI  
BACHOVII ECHTIL  
IVRIS CONSULTI ET IN  
ACADEMIA HEIDELBERGENSI  
Professoris Ordinarij.

AD PARTEM POSTE-  
RIOREM CHILIADOS  
ANTONII FABRI,

QVAM DE ERRORIBVS INTERPRETVM  
*falso inscripsit;*

IN QVIBVS PLÆREQVE DIFFI-  
CILIORES IVRIS QVAESTIONES EX VERIS  
principiis solide explicantur, opinions Interpretum, & textus plurimi iuris nostri ab iniustis re-  
prehensionibus, canillis, calumniis & corruptelis afferuntur & vindicantur, &

ANTONIVM FABRVM, in una hac parte, millies,  
plus minus errasse, demon-  
stratur.



*D. J. Ximenez de Mon-  
calvo I Stanul aff.*

*Cum Gratia & Privilegio Sacre Cesar. Maiest. ad decennium:*

FRANCOFVRTI

Typis Iohannis Hofcri, Sumptibus Iohannis Berneri.

ANNO M. D. C. XXIV.





# NOBILISSIMIS MAGNIFICIS, AMPLISSLIMIS, PRUDENTISSIMIS, CLARISSIMIS ET CON-

sultissimis Viris Dnn. Consulibus. Senatoribus & Syndicis, Inclytæ & floren-  
tissimæ Reipublicæ Hamburgensis, Dominis & Fautorib-  
us obseruandis.

**N**TELLIGO Magnifici & Amplissimi Viri, causas  
mihi reddendas esse, ob quas huius operis fronte præ-  
scriptione nominis vestri munire voluerim & ausus  
fuerim. Nimirum patronus huic operi querendus  
erat, vel ea præcipue gratia, quod calumnum strinxi in  
eum, qui multorum iudicio principem hoc seculo in-  
ter loris peritos tenet locum. Evidem æquos & candidos rerum æsti-  
matores etiam gratiam mihi habituros spero, quod loris prudentiam  
nostram à corruptelis, & tot fœdis erroribus, & opinionum portentis  
vindicare sum adgressus. Sed nunquam defunt curuæ mientes, & qui  
liuido dente quæuis arrodere & carpere solent, à quibus fortassis illu-  
stris nominis præscriptione, saltem ut parcus calumniantur, impetra-  
re possum. Et cum itaq; circumspiccrem patronum, & in his locis, vbi

*Non ex iure manu consertum, sed magis ferro:*

*Res geritur* — vbi

*hecce du milles armatur*

etiamnum turbatæ res essent, vos in primis Magnifici & Amplissimi  
Domini occurristis, quibus ut existimem nec ingratam fore hanc ap-  
pellationem, hac ducor coniectura, quod nulla Germaniae ciuitas,  
plures Academiæ nostræ dedit studiosos, quam Hamburgum, nulla  
plures Candidatos, quibus ipsorum merito supremos in vitroque iure  
honores & titulos Facultas nostra loris cõtulit. Quare cum prima-  
rij & Principes in Repub. vestra viri satis ostenderint, quomodo erga stu-  
dialicerarum, erga loris prudentiæ, & erga hanc Academiam essent ad-  
fecti: cum etiā pleriq; quorum modo meminit, & qui in hac Academia  
bonis literis operâ dederunt mihi non noti tantum, sed amicissimi fue-  
rint, ex quib. etiā aliqui iam in partibus suis, vt lustinianus loquitur, Rei-  
pub. vestre operâ nauant: existimauit, & me recte facturum, si hoc opus  
vobis offerre, & nō difficulter impetraturum, vt sub vestra tutela & pa-  
troncio per hominum manus id ire, & à nominis vestri dignitate &  
splendore aliquid melius ei mutuari permetteretis: idq; vt à vobis im-  
petrari patiamini etiā atq; etiam rogo. Ita Deus vestram Rempublicam,  
& vos Reipublicæ, florentes & incolumes conseruet. Scripsi Heidel-  
bergæ Calendis Martij, Anno Christi M. DC. XXIV.

V. M. & A. Observantissimus

R.ishardus Bachouinus Ecclius Iuris consultus

& Acad. Heidelbergensis Professor.

M. 2

A.D.



# IN DECADEM LXXXVI ERRORVM ANTONII FABRI.

## IN ERROREM SIVE

### CAPI T L

**D**e culpa & leuis distinctione multi multa dixerunt, & nos hinc inde ad Tract. hic propositi nostri est, examinare, quae Fab. tractat. Et initio improbat Doctores, qui faciunt culpam latam latiorens & latius, nec male improbat, sed mala vtitur ratione, quod magis & minus non faciant diversas species: quoniam distinctio quoque iu latam leuem & leuiss. culpm, magis in gradus est quam in species: cuiusmodi distinctiones & alibi occurunt, nec omnes vitijs sunt. Ratio rectior est, quoniam culpe tres isti gradus sufficiunt, & quo plura facias membra, eo magis in reprehensione fuerit distinctio: adeo licet poterit alii dentur gradus, omnes tamen, ponere nihil est nocet, quandoquidem omnis eius culpa que lata vel leuis dicitur, in contractibus eadem sit ratio & idem effectus: & culpa non consistit in puncto, sed haber suam latitudinem, & tribus istis gradibus exhaustur. Et ratio Fab. tanto minus contra Doctores stringit, quod ipse duos gradus late culpe admittit: idq; ante eum Zal. fecit, cui alia est lata culpa ignauiz, alia verisimiliter: sed utiq; haec verus est dolus. Paulo alter Fab. quandam latam culpm ait esse dolo proximam que sit crassa negligentia, coniunctam habens scientiam quandam à dolo optimino remotam, quae sit stoliditas & ignorantia. Ita Fab. sed ineptius & prolixius non ad rationem iuris, quo omnis lata culpa dolo proxima & dolo & equparata, & falsum est, quod ista à prudentibus nostris distinguantur, & quedam lata culpa dolo non proxima statuarit. Factor culpm dolo proximam opponi negligenter. I. 4. de magist. consci. I. 5. hoc alio si mens. self. mod. I. 5. nov. alio. 2. si ut que restam. Iber, quos textus imprudenter adducit Fab., quoniam hi nihili concidere possunt pro ipso, nisi ex hypothesi, quod omnis negligentia sit lata culpa: hoc autem falsissimum est, quoniam omnis culpa leuis negligentiam habet, & vulgariter est, quod verbo culpa in dubio leuis culpa veniat. Reliqui textus quos citat Fab. ipsum ingulant; iu I. 5. & quoq; 5. de ob. O. ait, magna negligentia est lata culpa & pro doloris I. si fiduciosus, 19. in prim. mandatis, disoluta negligentia est lata culpa prope dolum: iu I. impuberibus, 7. 5. de suspect. rur. lata negligentia est prope transversum I. queatum 8. 5. cum 3. de praevaric. culpa dolo proxima est quaevis lata cul-

pa, que ibidem opponitur leui culpe, non late, ut falso existimat Fab. Et igitur certa haec sententia est contra Fab. latam culpm omnem, non quidem esse verum dolum dict. I. 7. 5. 1. de suspect. rur. I. 7. ad L. Corn. de scir. qua de causa in I. 5. 3. in fin. de magist. consci. & alibi dolus & lata culpa distinguuntur: sed dolo proximam habet, in causis videlicet ciuilibus & contractibus, in quibus eadem ratio habetur latam culpe, vtrcumq; ex sit ignorantia crassa vel stolidus, ut loquitur Fab. neq; enim hominem plane caudicem aut stipitem ponimus, sed sua mentis, & qui si stolidus & ignorans est, quoniam eius rei causans in se habet, perinde ac si sciret, denetur, quia sci- re debet & potest: & ipse Fab. hoc cap. ait, quod ex gradibus culpe late non varietur ius: quod scilicet verum est, quatenus in contractibus omnis lata culpa eisdem inducit praestationes, ceteroquin id à Fabio simpliciter vitijs affirmatur: quoniam cum lata culpa sit quoddam delictum, sur ex variis gradibus cuius ius variari oportebit, aut iniquissime de- licita grauitate & gradu diueria, eadem poterit co- cebuntur. Potro nou animaduerto quomodo haec sententia, quod omnis lata culpa dolo proxima sit, confutetur per I. Iste, 2. 23. de V. 5. vbi latam culpe finis dicitur esse, nō intelligere quod omnes intelligunt: quoniam ob hoc ipsum, quod non intelligit quis, quod debet & potest, & causam ignorantiae in se habet, vtrcumq; in vero dolo non sit, ramen perinde tenetur, videlicet in contractibus & causis aliis ciuilibus: & sufficit, quod lata culpa magna & pene summa negligentia est, per dict. I. 2. 23. ius. I. magne, 2. 26. de V. 3. Scropulibus sive hic mouet, quod nerva, 32. depositi, quae ostendit, eum quoq; quid diligentiam exhibet, aliquam in lata culpa esse. Sed utiq; non intuer hoc sententia Fab. siquidē stoliditas & crassa ignorantia omnem diligentiam excludunt. Sunt qui specialitatis rationem in natura depositi que- runt: alii diligentiam respectine ira dici, cetero- quin teuera nullam diligentiam esse arbitrantur, & nos aliquid conferre conati sumus ad Tr. 4. 5. 10. 12. 1. 1. 8. hac autem errores Fab. confutare nobis propositum est. Pergit ille & aliam sententiam propo- nit, eorum qui duobus indicis latam culpm dicunt deprehendi: (ita Gothofred. ad I. 32.) altero, si quis non ad eum modum quem in natura hominum desiderat, diligens sit altero, si non ad suum modum, & minus quam in suis rebus diligens sit. Contra indi-